

1207, juny, 22

Bernat Gil de Monells estableix a Bonadona de Pou, de Millàs i al seu fill Ramon unes terres situades a Madremanya, a tasca i braçatge.

ASD núm. 72, còpia de 1291, 210 x 230 mm.

Hoc est translatum fideliter sumptum a quodam instrumento quod sic incipit. Notum sit cunctis hoc audientibus quod ego Bèrnardus Egidius de Monellis gratis et sine ui, bono animo ac spontanea uoluntate dono, laudo et concedo tibi Bona Domina de Puteo de Miiars atque filio tuo Raimundo et uestris per me et per omnes meos in perpetuum tocius (sic) ipsam honorem heremam et laboratam que olim per me uel per patrem mei (sic) et per antecessores nostri habebitis (sic) et tenebitis in parrochia Sancti Stephani de Matremagna uel in termino de Miiars omnibus lacis, scilicet terris et uineis cum terris in quibus sunt plantatas et cum omnibus arboribus cuiuscumque generis sint in terris et in uineis. Ita tamen facio uobis et uestris predictam donacionem et laudacionem ut de clausu quod est ante uestrum mansum reddatis mihi et meis post me in perpetuum medietatem de fructibus quos Deus dederit ibi, ab medietatem semen quod ibi mitam tempore seminandi, et de arboribus qui in iamdicto clausu sunt similem medietatem, et de campo de Plana reddatis tascham et braciaticum et sit tascha mea et braciaticum uestri. Et de fexia de Saules et de fexia de Falgerds similiter, et de campum de Lapart reddatis quartum fideliter et habeam ego et mei post me medietatem de predictum quartum et uos aliam medietatem, et de uinea de Garriga et de uinea de Fornal reddatis tascham et braciaticum fideliter, et sit tascham meam et braciaticum uestri. Et hoc totum, sicut superius est dictum habeatis et possideatis et teneatis sicut melius et sanius dici uel intelligi possit ad omnes uestras uestrorumque uoluntates ibi et inde nunc et in perpetuum faciendas, saluo meo meorumque iure in omnibus et per omnia, sicut dictum est superius. Et pro hac laudatione et donacione accipio a uobis tres solidos et dimidium barchinonenses et unum sextarium ordei, quos confiteor me a uobis in solidum recepisse et insuper renuncio omni iuri diuino et humano, scripto uel non scripto, generali et speciali, scolastico et legali et omni consuetudini quod uel quam uel per eam contra hoc modo uel in antea allegare possit.

Actum est hoc .x. kalendas iulii anno ab Incarnacione Domini .MCCVII.

Sig+num Bernardi Egidii, sig+num Berengarie uxoris eius qui hoc firmamus firmarique rogamus. Sig+num D[ominici] de Collo. Sig+num Bernardi Durandi. Sig+num Bernardi de Palacio. Sig+num Berengarii de Ripa, baiuli. Sig+num Bernardi Ferrarii. (s. man.) Bernardus presbiter de Chaciano, qui hoc scripsit et dampnauit et litteras suprascriptis .XVIII. linea.

(s. man.) Raimundi de Sancto Antonio, publici scriptoris de Monellis, qui hoc translatum fideliter translatauit et scripsit kalendis iunii anno Domini millesimo .ce. nonagesimo primo.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 178-179